



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijis, 1609

Versi. Ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](#)

le nunciare, & intetim rem om-
nem a stirpe exquirere, & sine-
cessitas tunc postulet, seculare
quoque brachium adhibere. Sed
ne quisquam horum ignoratione
valeat excusare, iubemus praesen-
tes valuis Ecclesie Sancti Ioannis
Lateranensis, & Basilicae Princi-
pis Apostolorum de vrbe, vbi pu-
blicabuntur appendi, eisque de-
tractis, eorum exempla eo in lo-
co relinqu , & ea pariter ab oib.
locorum ordinariis in suis Eccle-
sis, locisque insignibus promul-
gari. Quia vero difficile nimis es-
set ipsas praesentes, quounque il-
las opus erit perferre, Volumus
earum exempla etiam impressa,
Notarij publici manu, & Prælati
Ecclesiastici, eiusve curiae sigillo
obsignata, eandem illam prorsus
fidei in iudicio, & extra illud v-
bique gentium facere, quam ipse
met praesentes facerent, si essent
exhibitæ, vel ostense. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc pa-
ginam nostræ adiectionis, statuti,
iussionis, & voluntatis infringe-
re, velei ausu temerario contrai-
re. Si quis autem hoc attentare
prælumpserit, indignationem om-
nipotentis Dei, ac beatorum Pe-
tri, & Pauli Apostolorum eius se-
nouerit incursum.

Dat. Romæ Apud Sanctum
Petrum, Anno Incarnationis Do-
minicæ millesimo quingentesimo
sexagesimonono, Quartodecimo
Calend. Ianuar. Pont. Nostri an-
no Quarto. Hæc igitur est Bulla,

cuius antea mentionem fecimus.
Sed de Cardinalib. satis, ad alios
Ecclesiz Antistites, de quibus in
hoc Capite agitur, veniamus, si
quid enim de Cardinalibus reli-
qui fuerit, illud etiam explicabi-
mus.

Versi. Ac Patriarchas, Ar-
chiepiscopos, Episco-
pos.

S V M M A.

- 1 Offendens uno ex predictis modis aut Patriarchas, aut Archiepiscopos, aut Episcopos in excommunicationem incidat, quæ excommunicatio, quounque pateat, declaratur.
- 2 Episcopus renuncians Episcopatum, Episcopalem dignitatem nihilominus retinet, & quid si renunciet dignitati, seu ordini.
- 3 Offendens electum in Episcopum an in excommunicationem incidat.

IN hoc capite excommunicari
diximus eos, qui vno ex tresde-
cim modis offenderent unam
ex sex personis hic expressis, uide
littera aut Cardinales, aut Patriar-
chas, aut Archiepiscopos, aut Epi-
scopos, aut Sedis Apostolicae Le-
garos, aut Nuncios, & de offen-
dentibus Cardinales egimus, iam
de offendentibus Patriarchas, Ar-
chiepiscopos, Episcoposque aga-
mus, & quoniam, quinam essent,
in

in initio huius Capitis posuimus,
id eo regulâ de ipsis quoque more
nostrâ ponamus.

In excommunicationem hanc
igitur incidit, † qui Patriarchas
Archiepiscopos, Epôsve aut inter
fecerit, aut mutilauerit, aut vulne
rauerit, aut percuferit, aut cepit,
aut in carcere coniecerit, aut deti
nuerit, aut hostiliter insecurus sit,
aut hęc facienda mandauerit, aut
facta rata habuerit, aut ad hęc fa
cienda auxilium, sauoremve p̄pre
stiterit, vt habetur in versicu. pro
posito, iunctis antecedentibus,
& consequentibus huius Capi
tis.

Quia excommunicatio afficit
offendentes prædictos in om
nibus casibus, quos antea in
materia de Cardinalibus posui
mus.

Item afficit hos offendentes †
est Episcopus renunciaverit E
piscopatu, & Patriarcha patriar
chatui, & Archiepiscopus Archi
episcopatu, nam nihilominus E
piscopalem dignitatem retinent,
ac propterea & priuilegium. arg.
capitul. 1. de ord. ab Episc. qui re
nunc. episc. & vt ibi Abb. not. nu
me. 2.

Tertio locum habet vel renun
ciauerit dignitati, seu ordini, nam
hic renunciat executioni, & pot
estatis ordinis Episcopalis exercen
ti, vt dixit Abb. in eod. capitul. 1.
eod. num. 8. versic. Quid si renun
ciauerit simpliciter, retinet enim
ordinem, & ob id ordines ab eo.

collati ualent, ut sensie Abba. ibid
dem numero 3. versicu. Not. quod
in ordine, & habetur in eod. capi
tul. 1. Sed iam casus, in quibus in
excommunicationem quis non
incidit, qui hos offendit, explice
mus.

Primum igitur in excommuni
cationem hanc non incidit prædi
ctos offendens in casibus, in qui
bus Cardinales offendens eam pe
nam euadit.

Item † ubi quis offendit electū
in Episcopum, vel prouisum de E
piscopatu, sed nondum consecra
tum, nam, quod tunc Episcopus
non est. argumen. eorum, quæ di
xit Abb. in capit. transmissam. de
elect. ob eam rem nec priuilegium
hoc habet, quod Episcopali digni
tati tributum est. Quare, qui solū
est electus, præsentatus, confirma
tus, institutus, prouisusve, etiam
si adeptus possessionem sit, tamē
priuilegium hoc non habebit, an
tequam priuilegium hoc conse
cratione consecutus sit, vt dixit
Nauarr. in Man. capitul. 27. nume
67. versic. Odava, & Martinus Al
fonsus de Viual. in Candelabro. p.
2. in explanatione Bullæ Cœnæ
Domini. cas. 11. numer. 88. & vid.
Felin. in capitul. eam te, de refri
& Caietan. in Summ. in verb. Ex
communicatio. capitul. 12. versic.
secundus, & Tolet. in Bulla Cœnæ
Domini, Excommunicatio. 8.
num. 3.

Non itidem Archiepiscopus
antequam consecratus sit, & pa
lium

lium acceperit; nam ante eius traditionem non consequitur plenitudinem Pontificalis officii, nec nomine Archiepiscopi, ut habetur in capitulo nisi specialis, & ibi not. Abb. numero 1. & num. 3. de auct. & vsu pal. Sed iam ad alia veniamus.

Vers. Sedisque Apostolicæ legatos, vel Nuncios.

S V M M A.

I Offendentes Apostolicę sedis legatos, & Nuncios uno ex dictis modis in excommunicationem incidunt.

IN hac parte referuntur duo genera personarum, scilicet Apostolicę Sedi Legati, & Nuncii, t̄ quos qui offendit vno ex predicationis modis, in excommunicationem hanc incidit, sed quoniam quinam hi sint, in initio huius capituli id exposuimus, & quæ de aliis predicationis Ecclesiæ præsidibus dicta sunt, & in his locum habent, ob eam rem quæ hoc pertinent, si linc sumemus, nosque ad alia interim transibimus.

Versi. Aut eos a suis diocesisibus, territoriis, terris, seu dominijs ejicientes.

S V M M A.

- 1 Diocesis quid sit.
- 2 Territorium quid sit.
- 3 Terra in quam sententiam hic accipitur.
- 4 Dominium quid significet.
- 5 Suum quot modis accipiatur, & in quam sententiam quoad rem nostram.

IN hac postrema parte huius Capitis excommunicantur, qui eiciunt Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios a suis diocesisibus, territoriis, terris, seu dominijs. Verum, quo excommunicatio hæc, quousque pateat, dignoscamus, præmittenda hæc sunt. Primum, quid sint dioceses, quid territorium, quid terra, seu dominium. Deinde, ex quo excommunicantur eiicientes predicatoris a territoriis suis, illud suum, in quam partem accipiatur.

- 1 Quod primum igitur t̄ diocesis apud ius Pontificum pro universitate locorum plurium, quæ ad vnum Episcopum pertinet, & vno Episcopatu collocata sunt, proprie sumitur. arg. cap. 1. ibi. In diocesi suffraganeorum, & in aliis locis ibidem. de off. ordin. lib. 6. &

in